



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

X. De Restitutione spoliatorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

## DE MVTVIS PETITIONIBVS.

TITVLVS IX.

*Si reus conventus nolit, vel non posse excipere, si habeat unde alterum reconvenire, poterit illum reconvenire, h.d.*

**I**gitur oblatio ab auctore libello, si reus conventus nullus sit exceptione munitus, que vel iudicium differat, vel litis ingressum impedit, mutuus petitionibus adversarii suum fatigare poterit: & agentem coram eodem iudice, antequam item contestetur, reum constitueret. Cujus enim quis a in agendo observat arbitrio, eandem habere contra se iudicem in eodem negotio dignitatem non debet. Propositum ergo auctoris intentionis & response facta super questionibus rei monitione primitiva, inconveniens auctor respondere compellendus erit, ut vicissim postea rationes partium iudex audiens, concordia, vel iudicio utriusque negotium terminet.

*Eiam coram iudice delegato potest reus auctorem reconvenire, h.d.*

**N**ec solum coram Ordinario reconvenio talis sibi locum vendicat, verum b etiam coram delegato: undenisi reus literas impetrare maluerit, auctorem sibi obnoxium eodem durante iudicio coram datio iudicibus reconvenire poterit.

*Aliorū & rei convenientiis aequalis debet esse conditio in iudicis, h.d.*

**V**incisse autem, tam auctoris, quam rei reconvenientis, neque debet esse conditio: unde c cum causa appellatio remota committitur, si reus auctorem reconvenire, uno eodemque iure circa appellatio remota confendus erit.

*Corum arbitrii non habet locum reconvenio, h.d.*

**D**e arbitris dubitari poterit, an coram eis reconveniō tioni locus esse possit d & cūm arbitrii iudicante non possint, nisi de his tantum, super quibus in eos compromissum fuit, responsum est, coram eis reconveniō non locum habere non posse.

*Reus conventus coram iudice laico, non potest reconvenire auctorem super causa spiritali, h.d.*

**N**erdum etiam accidit, ut nec coram ordinario, nec coram delegato iudice reo auctorem reconvenire sit potest, utrumque coram iudice laico conveniens, auctorem super causa juris patronatus, decimarium, matrimonii, aut alia spiritualia reconvenire velit.

*Ecclesiasticus non potest reconvenire, h.d.*

**D**em & iuris est, si conventus excommunicationis vinculo innodatus existat. Huic enim, licet aliqui excepti facilius minime si interdicta, auctorem tamen reconvenire non conceditur, ne quod (ut supra diximus) in defensionis remediorum sustinetur, ad impugnationis materiam extendatur.

*Super causa criminali non admittitur reconvenio: idem in causa depositi, h.d.*

**I**llis quoque, qui coram iudice criminaliter conveniuntur, si vel super depositum, nisi se prius innocentem probaverint, & depositum restituerint, alios criminandi, vel conveniendi licentia non conceditur.

## DE RESTITUTIONE SPOLIA-

TORUM.

TITVLVS X.

*Intentans spoliis non potest reconveniri, nisi super causa spoliis, b.d.*

**I**s quoque, qui se quibusdam rebus, aut iuribus spoliis conqueritur, ab adversario suo reconveniri non poterit: nam super spoliationis conveniens, ad versus restitutionem petentem non est, nisi super que-

*a Can. 5.4. cuius 2. q. 8. b C. dispensatio de res. in 6. c C. si. ei. de mut. per. d C. cum dilectius ext. de arb. e C. cum inter. in sua ext. de excep. f C. 6. & 3. q. 11.*

stione spoliis, audiendus. Restitutionis enim perfunto in hoc privilegiata esse noscitur, ut ipsam intentans, non cogatur ante restitutionem spoliatoribus respondere. Unde a cūm quis se de beneficii possessione violenter ejecit apud iudicem conqueritur, si adversarius eundem non Canonice dicat institutum, de violenta prius ejecitione, quam de Canonica institutione cognoscendum erit.

*Spoliatus est ante omnia, & quod omnia, restituendus, h.d.*

**S**ed et si spoliatus non primus coram iudice super spoliis sibi illato confitatur, sed criminali iudicio ab adversario laesus spoliacionis causam proponat, ita denum super petitione iudex procedere poterit, si prius restitui spoliatum sua sententia iussere. omnes enim leges tam Ecclesiastica, quam secularis ante omnia cuncta spoliatis, vel ejectis redintegrantur, & damnata sarcina esse praecipiunt: fructus & quoque non tantum a violento possessore perceptos, sed etiam qui a veteri possessore, percepti verisimiliter potuerint, restituendi erunt: nea restitutio solum sententia sufficit, nisi re ipsa omnia iudicis officio restituantur, ita ut ejectus, vel spoliatus etiam naturalem possessionem recipiat, cunctaque, quae sibi oblati fuerint, eodem, unde surrepta fuerint, revertentur.

*Quis spoliatus per modum reconventionis proposita non impedit processum super alia causa civitatis institutum, h.d.*

**Q**uod si civilitate conveniens adversario spoliis questiones in idem iudicium deducuntur, vicissimque tractatz, unicam simul erunt sententia terminanda.

*Cura spoliatus proponitur in modum exceptionis, nulla fertur resumptionis sententia: sed quantum non fuerit reus restitutus, non est cogendus auctor respondere, h.d.*

**S**ed haec quidem obviunt, cum in modum actionis spoliis questionis proponitur: sed si circa litis contestationem de spoliis quis ex ipiendum duxerit, super ipsa quidem exceptionis probationes primitus recipienda erunt: et tamen legitimè probata, nulla restitutio erit ferenda sententia, sed tamdiu spoliatori super petitionibus suis respondere cogendus non erit d, donec ab ipso restitutus fuerit. Quemadmodum enim, si in modum exceptionis aliquod crimen testi obicitur & ut à testimonio repellatur, et si crimen contra eum civilitate probatum fuerit, sibi poena non infligatur ordinaria, sed ejus duntaxat testimonio non creditur: sic spoliacione in modum exceptionis tantum probata, restitutio sententia minime ferenda erit.

*Tribus casibus privatus a iudice dicitur spoliatus, si non servatur iuri ordinario, si nulliter promovet, si erat iudex incompetens, h.d.*

**S**poliatus autem non solum intelligitur, qui à privato quoque homine rerum quarundam possessione indebito privatus fuit: sed etiam si ille, quem iudex ipse juris ordine pratermissio, beneficio, vel alius rebus carere cogit: vel is, qui licet juris quidem ordinem servaverit, spoliati tamen, & de facto damnati iudex erat incompetens: vel, si iudex sit competens, circa privationem tamen nulliter pronunciat.

*Spoliatus & si intelligitur, qui mandavit spoliari, aut spoliis suo nomine factum ratum habuit, vel spoliatori successit in vice, h.d.*

**I**s quoque spoliatus intelligitur, qui licet ipse non spoliaverit, per alium tamen spoliari mandaverit g, aut spoliatum suo patratum nomine ratum habuerit: unde & is restitutio obligatur, quemadmodum h & ille, qui rem indebitè occuparam, licenter recipiendo spolia-

*a Can. 5.4. cuius 2. q. 8. b C. dispensatio de res. in 6. c C. si. ei. de mut. per. d C. cum dilectius ext. de arb. e C. cum inter. in sua ext. de excep. f C. 6. & 3. q. 11.*

DD dd 5

tori succedit in id vitium. Licit enim is non spoliaverit: cum tamen, quoad periculum animæ, non multum interfit, utrum quis iniuste detineat, an alienum invenierit, contra hujusmodi possessorem spoliato per restituionis beneficium, non obstante juris civilis rigore, succurratur.

*Renunciatio facta post spolium non impedit spoliatus restitutio-*  
nem: *secus si ante fuerit renunciatum. & testes super spontanea re-*  
*renunciatio non sunt admittendi ante restituionem. b.d.*

**I**llud quidam a est, si post spolium Ecclesiæ renunciatio quis dicatur, an ob hujusmodi renunciatione spoliato sit deneganda restitutio? & cum non sit verius male, quod sponte proprio iuri renunciaverit, qui renunciari spoliatus hujusmodi non obstante renunciatione, restituendus erit. Testes etiam partis alterius de juramento, & renunciatione sponte facta, non ante admittendi erunt, quam spoliatus plenarie fuerit restitutus. Quod si ante b spoliata Ecclesiæ sponte abjurasse reperiatur, perpetuum ei super negotio silentium imponendum erit.

*Post aliquos casus exceptos ab illa regula, spoliatus ante omnia restituendus. b.d.*

**S**unt & alii casus, quibus jure denegabitur spoliatus restitutio: uputà, cum ageri per modum exceptionis de alia spoliatione opponitur, aut tam super proprietate, quam super spolio eodem tempore disceptari spoliatus ipse conferent, aut ante restitutio posse pugnare per actione judicium expertus succubuerit.

*Probatio spoliata, absentia spoliatoris, & lapsus temporis, non operatur restituionem, si spoliator non absit per contumaciam, vel dolum. b.d.*

**I**dem si spoliator non per contumaciam, vel per dolum absente, ab Apostolica fede ad judices spoliatus litteras obtinuerit, ut si eum spoliatum judicibus constituit, intra certum temporis spaciū restitutus, si reus intra proximum terminum sele judici exhibere non possit, quanquam temporis lapsus immineat, & actor sit suam posse pugnare & dejectio probare paratus, nihilominus restituendus non erit.

*Si contra agentem de spolio opponatur exceptio, per quam concludatur actor non posse diffringi, spoliatus ante omnia non restituendus. b.d.*

**S**ed & si talis opponatur exceptio, que agentem minime possedisse concudat, tamdiu sublimita erit restitutio, donec super tali exceptione cognitum fuerit: ut ecce, nec laici spiritualia possidere, nec sacerdotes uxores habere possunt. Vnde si vel illi se beneficiis spoliatos, vel hi ab uxoribus se destitutos coram judice conquerantur, & ab adverbiis de secularitate, vel de sacerdotio a genibus opponatur, proculdubio differenda erit restitutio.

*Cum pro spoliatore militat iuri presumptio, spoliatus non est ante omnia restituendus. b.d.*

**Q**uinimò & cum sola juris presumptio pro spoliatore contra spoliatum militat, impedienda erit restitutio: ex quo appetat eum qui (exempli gratia) restituti postularat ad decimas, quas intra aliena parochia limites possedisse afferat, nequam restituendum esse, nisi evidenter docuerit, quod earum possessionem legitimè asservatus fuerit: quia eas occupasse iniuste verisimiliter presumuntur, cum ex praesidiis perveniant intra alienam parochiam constitutis, manifestumque sit, eas iure communis ad eandem Ecclesiā pertinere, nisi aliud ostensum fuerit.

*Harenicus non restituatur ante omnia: idem si in restituione timeretur de periculo animæ, vel scandalo, quia diffirentur restituto. b.d.*

**P**lures præterea sunt casus, quibus spoliatus siliquo non restituatur: veluti, cum hæresis labi pollutus deprehenditur, vel facta restitutio animæ periculum imminaret, vel scandalum timeri possit: & alii, qui non mi-

a. C. c. ex. co. t. b. C. accepta. ex. co. t. c. C. fi. ex. t. in. t.

nus secularibus, quām Pontificis legibus continentur. Spoliatus potest suffenso peritorio ante conclusum ei causa tenetare possessorum: secus si sit conclusum: nisi tamen alio modo videatur. b.d.

**O**stremo sciendum est, in spoliatis odium confundum esse a, si spoliatus proprietas item ingenua fuerit, nullam de illata sibi violentia mentionem faciat, antequam renunciatum sit, aut conclusum in propriatis judicio, ut idem debeat super possessorum, etiam peritorio suspenso, audi. Quod si renunciatum fuerit, et conclusum, ut jam possit causa proprietas sententia terminari, ne lites litibus inculentur, & via possit finaliter aperte, causa non decisiva, possessus non erit utendum nisi iudex, qui de causa cognoscit, hoc ipsum ex iudicata videtur expedire: putat, cum ex perspicuis inquisitoris facile arguitur, & spoliato, causa sine dolo spoliatus, dominum probandi facultas subiecta fuerit.

#### DE LITIS CONTESTATIONE

##### TI TVLVS XI.

Litus contestatio est fundamentum judicii, quo deficienti ipsa superadiscatur. & quando dicatur la contestatio. b.d.

**H**actenus ea complexi fuimus, que plerique ante causam discussionem vertuntur, quae nos tam judiciorum parcer habent, quam iudiciorum preparatoria: perveniamus nunc ad ea, quibus ipsa iudicium constituitur. Est autem judiciorum quidam quoddam, litus contestatio: nam & illi a partibus prætermissa fuerit, proculdubio omnium qui sequuta fuerint, corrident, scilicet ipsos litigantes iustitiam laboribus & sumptibus vexabunt: unde nec tales recipi, nec ad sententiam per iudicem procedi poterit. Ea vero fit per petitionem in iure propositum, & congruum responsionem sequentem, animo contendendi iustitiam factam, cum iudex per narrationem negotii causam audire coperit: unde si quis positionibus simpliciter respondeat, aut peremptoriam exceptionem proponat, nequaque per hoc esse facta contestatio iustitiae intelligitur.

**P**rocurator, tutor, & filiales, possunt item contestari. It autem a litis contestatio non solum per principes, sed etiam per procuratorem, avuncum, & personas filium.

**A**d vocati responsio nisi sit statim revocata, facta iustitia contestationem. b.d.

**A**n advocati responsio litis contestationem facit, dubitari potest, & ex facto responsionis eff. nisi statim revocata fuerit, illius quoque responsione contestationem fieri.

*Cum officium iudicis pro actione institutum est, non necessaria iustitia contestatio. b.d.*

**N**ec solùm, cum per actionem iudicium institutum,

erit litis contestatio necessaria: sed etiam ubique iudicis officium pro ipsa propontur actione: veluti, cum restitutio in integrum non incidenter, sed principaliter postulatur.

*Quae effectus sequuntur ex litis contestatione. b.d.*

**I**gitur sequuntur contestatione reus & iudicis subjectum, & factori obligatur, dilatorum exceptionibus via prævalit, actiones perperantur, preceptio intercumplitur, illa quoque effectus emanant, ut tam civilibus quam Ecclesiasticis constitutionibus suis locis traditur.

*Cum civiliter agitur, & probabilitas de morte restitutum, vel divisa a sententia timeretur, possunt examinari tales etiam ius non restituta. b.d.*

**A**ctionem tamen sumus, quod traditum est, litis

a. Can. pastoral. ext. de causa posse & propriet. b. C. stat. t. c. C. diu. secundo. 9. i. et. ext. de electo. d. C. t. ex. cod. e. Ext. ut iuste non contesti per solum. & t. t. ex. tentium